

Huc vos, Christiadae, festa dies vocat;  
 Sanctis Militibus pangite carmina:  
 Bis ter mille viri, pro Domini fide,  
 Vitam fortiter immolant.

Tanto Mauritius dux praestit agmini:  
 Pro te, pro patria magnanimum mori,  
 Caesar, non poteris frangere, ut impio  
 Tecum thura cremet Jovi.

Qualis, ne patriam desereret fidem,  
 Fratrum sancta cohors, Ilacidum decus.  
 Se, non multiplici funere territa,

Legi sponte litaverat:

Talis, Mauriti nobilis aemula,  
 An Thebaea cohors sacrilegas preces  
 Fundet scitilibus suppliciter diis,  
 Veri Numinis immemor?

Audis ut resonat Vallis Agaunica,  
 Ut vox unanimes tollitur: Adsumus;  
 Nudentur gladii; vivere Christus est;  
 Mors nobis referat polum.

Patri maxima laus, maxima Filio;  
 Sit par, alme, tibi gloria, Spiritus,  
 Cui se rite litans victima multiplex  
 Uno funere consecrat. Amen.

Nous citerons encore l'hymne suivante, en l'honneur des freres Machabées, pour la cathédrale de Vienne en Dauphiné, & la collégiale de St. Juste à Lyon.

Vos, Machabæi, pangimus,  
 Quos antè Christi secula,  
 Furens tyrannus prævios  
 Cum Matre fecit martyres.

Tentat minis, tentat prece  
 Mentem tenellas frangere;  
 Sed patriis pro legibus  
 Mori paratos nil movet.

Hæc membra, clamant, ictibus,  
 Flammis necique dedita,  
 Æterne Rex, olim tuo  
 Surgent decora lumine.

Dùm pelle nudatur caput,  
 Cœli coronas cogitant:  
 Linguâ refecta, te, Deus,  
 Vox confitetur sanguinis.

I. Part.

K k

Trua